

illis, qui eximia fulgent integritate, magis displicet tenuissimus pulvis quem, teste Magno Leone TIBI simillimo, contrahunt ipsa quoque religiosissima corda, quam alios corripit dolor immanium criminum, quibus turpiter inquinantur. TUUM igitur ad Patrocinium convolare potest Tractatio de Virtute pulcherrima, quæ TIBI est in deliciis; & quam, superbis animis abominatam, mira TUI Demissio amantissimè amplectitur. Recensentur hic Opera, quæ Pœnitentia parit, oblatæ videlicet Deo Optimo Maximo preces, in egenos liberalitates, Jejunia, & aliæ ultrò susceptæ Pœnæ. His porrò singulis illustraris, BEATISSIME PATER, & utinam modum in ultimis non prætergredereris, nimis attenuans Incolumitatem TUAM, à qua pendet Publica Populorum omnium Salus. Cœleste ipsum ab Aurora, quæ ALBA Lux est^a, exortum Cognomen TUUM aptissimis Pœnitentiæ Virtutem coloribus pingit; illa enim tenebras fugat, solvit in salubrem rorem ignobiles terræ vapores, eoque flores exhilarat, plantas fecundat. Hæc autem omnia præstat quidem per se prædicta Virtus; sed prodigiosum eidem robur addidit ab Exemplis TUIS, ad eliminandam ab aliis delictorum noctem, ad irrorandos lacrymis nascentium Virtutum flores, ad omnium conatus, meritis Immortale Regnum actibus, fecundandos. Quod si Pœnitentia spectetur ut SACRAMENTUM, hic disputatur de illa CLAVIUM Potestate, cujus Exercitii ad ligandum, & solvendum Auctoritas permanat ad alios omnes vocatos in partem sollicitudinis ab Apostolico Throno, ad quem TE triduo reluctantem beneficentissima humano generi Divini Numinis Providentia tandem evexit. TUA ergo TIBI offerenda erant, PATER SANCTISSIME, ut ad locum, undè exeunt, flumina revertantur^b. QUI, quod gloriari cum Apostolo potes: Sic nos existimet homo, ut Ministros Christi, & Dispensatores Mysteriorum Dei^c, in sacro Pœnitentiæ lavacro, Divini asperzione Sanguinis, in Basilicis, & Nosocomiis animas eluis. Ea solum delibo, quæ meo sunt argumento quodammodo innata; neque enim audeo ire per singulas, easque innumeras Dotes TUAS, quas nulla valeat enumerare eloquentia. Superest, ut obsequentissimè veniam petam audaciæ, quæ mea tenuitas assurrexit ad hoc sublime votum Nuncupationis MONARCHÆ MAXIMO. Sed Magnus CLEMENS Divinam illius Indolem refert, cujus Vices præclare gerit. Duo celebratæ Viduæ in Evangelio minuta Divinitati ariferunt^d. Non contemnet Sapientissimus, & Doctrinarum omnium opibus locupletissimus

Prin-

^a Corr.
à Lap
in Pro
verb. 4.
18.

^b Eccl.
17.

^c 1. Cor.
4. 1.

^d Marc.
12. 42.

Princeps qualemcumque ausum fenis agricolæ, gravem duro terram, qui vertit aratro^e: atque hoc ex Patavinæ angulo Universæ Christi Vineæ Moderatori Sanctissimo vectigal solvit. Humanissimæ tandem, quam Phœnicis annis regnare opto, CLEMEN- TIÆ preces illas porrigo, quas olim Angelo Patriarcha Jacob: nec discedam à SANCTIS, ante Quos provolvor, PEDIBUS, nisi voti compos fiam: Ascendit Aurora, cui Pœnitentiam comparavi, Non dimittam TE nisi benedixeris mihi^f.

^e Her.
1. V. 28.

^f Gen.
32. 26.



VEN. CLERO PATAVINO,

Aliisque Studiosis Confessariis

AUCTORIS OBTESTATIO.

^a Gonzales in c. Poenitent. n. 3. in fin. De Locat. & Con. duct.

Imerem, Decisiones has De Virtute, ac Sacramento Poenitentiae redhibitioni subjacere, ob tarditatem in eis exhibendis, nisi me illud juvaret Axioma, ^a quod hodie omni tempore mora purgari potest; Et quaecumque ante litis contestationem debitor exhibet opus, ad quod tenetur, adversus eum non proceditur ultra. Sanè (Studiosissimi) creditores estis Decisionum harum ab anno 1691. quo illas per me propositas, Et per Vos studio vestro enucleatas, responsionibus vestris ad me transmissis, extendendi, compilandi ac juris publici faciendi debitum mihi imposuistis. Hucusque non exsolvi, pluribus detentus occupationibus; nunc autem illud adimpleo, Et non absque innocenti interusurio in hujusmodi dilationis poenam, eruditionibus scilicet, questionibus, historiis, Et exemplis, ad ornatum Operis ex approbatorum Auctorum lectura collectis. Qui minutiora Horologia fabricant, longiori indigent tempore, ad formandam, atque firmandam rotarum difformiter conformium circumvolutionem, quam hi, à quibus ferrea, grandiaque extruuntur. Decisiones haec De Poenitentia minutissimo similes sunt Horario; in eis enim restricta leguntur innumera propemodum difficultates, Regulae, ac documenta, à Scholasticis, Moralistisque Theologis, ingentibus voluminibus tradita; idcirco ad eas typis mandandas, non modicus opus fuit labore, ac tempore; mihiq; fidendum, eas benigno vultu, Et bilari corde à vobis excipiendas, ac legendas, tamquam continentes ea omnia, quae bonos Confessarios scire decet, brevi tamen, facili, ac jucundis narrationibus exarata. Restant compilandae Decisiones De Extrema Unctione, ac de Ordine Sacro, quibus etiam studiis, me in Episcopali Curia Praesidente, pro omnium Sacramentorum complemento. Earumdem me debitorem profiteor; at patientiam, Et humanitatem vestram pro solutione adjutricem exopto.

VEN

IN.

I N D E X A R G U M E N T O R U M D E C I S I O N U M.

D E C I S I O I.

A R G U M E N T U M.

Agitur de Virtute Poenitentiae. Refertur Etymologia hujus vocis. Definuntur Poenitentia, & ostenditur, esse Virtutem Moralem, quae subiectatur in voluntate, & cuius objectum materiale est peccatum; formale verò dolor, & vindicabilitas peccati. pag. 1

D E C I S I O II.

A R G U M E N T U M.

Dolor requisitus in Virtute Poenitentiae qualis, & quantus esse debeat? Ostenditur in lege Naturae, ac Moysis necessarium fuisse dolorem perfectum, nempe Contritionem pro remissione peccatorum. Requisita verò Contritionis in lege gratiae. Cur debeamus penitere, ac dolere de peccatis, si Christus superabundanter satisfecit pro nobis? Refutatio doctrinae Lutheri, ac Calvini. 3

D E C I S I O III.

A R G U M E N T U M.

Disquiritur, An post adimpletam Poenitentiam Sacramentalem teneamur facere alias poenitentias voluntarias? Rationes proutraque parte, & resolutio quaesiti. Utilitates ex voluntariis poenitentis. Atrocitas poenitentiarum Purgatorii. Difficultas in assequendo fructu Indulgentiarum. 5

D E C I S I O IV.

A R G U M E N T U M.

Expenditur, quid, & quotuplex sit Satisfactio? Qui, & quot actu satisfactorii ad tria capita redacti, videlicet ad Jejunium, Orationem, & Eleemosynam. Agitur de Jejunio tum Quadragesimali, tum quatuor Temporum, ac Vigiliarum. Plures eruditiones circa Jejunium primitivorum Christianorum quo ad horam comedendi, quo ad qualitatem cibi, & po-

tus. Ostenditur virtus Jejunii in satisfaciendo pro peccatis. pag. 7

D E C I S I O V.

A R G U M E N T U M.

Cilicium, quod est magnae virtutis ad satisfaciendum pro peccatis, undè dictum? Quid, & quotuplex sit. De Ciliciorum usu in lege Naturae, Moysis, & Christi. De Cilicio Jacobi Patriarchae, Achabi, Davidis, Ierami, Judithae, Isaiae, Machabaeorum, S. Joannis Baptistae, nec non Summorum Pontificum Romanorum, Cardinalium, Episcoporum, Abbatum, Sacerdotum, Virginum, & Laicorum; atque de his omnibus exempla plurima, & non injucunda. 11

D E C I S I O VI.

A R G U M E N T U M.

Agitur de voluntariis proprii corporis flagellationibus, pro culpularum satisfactioe. De usu flagellationum apud Judaeos, & apud Romanos. De Flagellatione Domini Nostri JESU CHRISTI, Sanctorum, Clericorum, ac peccatorum. Quas circa omnes ponuntur eruditiones plurimae, atque Canonum, Legum, ac Historiarum intellectus. 15

D E C I S I O VII.

A R G U M E N T U M.

Utrum poenae, & afflictiones ab agente extrinseco, sive creato, sive increato provenientes sint aptae ad satisfaciendum? Argumenta pro opinione negativa, & affirmativa, quae amplectitur, & firmatur Auctoritate, & ratione. Exempla culpularum satisfactorum per tolerantiam afflictionum ab extrinseco provenientium. 18

D E C I S I O VIII.

A R G U M E N T U M.

Examinantur tria dubia circa energiam satisfactionis in sufferendis afflictionibus ab extrinseco; nempe, An sit necessaria intentio

Index Argumentorum Decisionum.

tio satisfaciendi? An, qui illas suffert, debeat esse in gratia? Et an homo possit satisfacere pro suis peccatis nondum remissis? Circa primum declaratur, quid, & quotuplex sit intentio? Circa secundum referuntur tres opiniones. Circa tertium proponitur sententia affirmativa Eminentissimi Card. de Laurea contra communem aliorum. pag. 20

DECISIO IX.

ARGUMENTUM.

Differitur de virtute Orationis in satisfactionem poenitentis pro peccatis, eaque pluribus exemplis comprobatur. Inter ceteras orationes magnae efficaciae sunt Psalmi Poenitentiales, Graduales, Officium Defunctorum, Officium parvum B. MARIE Virginis, ejus Rosarium, & Corona, de quibus omnibus, & singulis eruditiones plurimae, ac Indulgentiae referuntur: nec non de recitantibus trinam salutationem Angelicam ad pulsum Campanae in Aurora, Meridie, ac Vespere. 23

DECISIO X.

ARGUMENTUM.

Ostenditur quanta sit vis Eleemosynae in delendis poenitentibus pro peccatis? Doceatur, quid, & quotuplex sit eleemosyna? Quando sit de praecipuo in personis Laicis, & Ecclesiasticis. Disputatur celebris illa Quaestio, Utrum beneficiarii non expedites fructus superfluos suorum beneficiorum in usus pios peccent mortaliter, & teneantur ad restitutionem, nec non eorum haeredes. 25

DECISIO XI.

ARGUMENTUM.

Agitur de praecipuo Virtutis Poenitentiae, & disputatur, Quando vi hujus praecipii teneatur, qui peccavit, poenitere? An tantum in articulo, vel periculo mortis? An vero statim post commissum peccatum? Vel quanto tempore post? An quodcumque peccata menti occurrunt, sive nondum dimissa, sive etiam jam expiata? Speculativae opiniones practicas exemplis comprobantur. 32

DECISIO XII.

ARGUMENTUM.

Demonstratur existentia Sacramenti Poenitentiae, & a quibus haereticis, antiquis, ac modernis fuerit impugnata? Probatur hoc

Sacramentum a Christo Domino esse institutum. Quid sit? diversis Theologorum definitionibus examinatis, declaratur. pag. 34

DECISIO XIII.

ARGUMENTUM.

Differitur de Contritione, & explicatur duplex materia Sacramenti Poenitentiae, Remota, & Proxima; circa Quam, vel ex Qua; Essentialis, & Integralis, & quae utraque sit? Dolor in poenitente contrito quotuplex sit? Quot, & quales circumstantiae doloris ob culpas tum mortales, tum veniales? An Gratianus, & Magister Sententiarum, ac Auctor Historiae Scholasticae fuerint fratres germani, & geniti ex adulterio? De nece Bajamontis Catilinae Veneti. De peccatorum commissorum detestatione, & de ejus qualitatibus. De proposito non committendi amplius peccata, ac commissa confitendi cum spe veniae. 36

DECISIO XIV.

ARGUMENTUM.

Sermo est de Attritione. De hujus vocis varia significatione, ac divisione. Attritio alia Naturalis, alia Supernaturalis, & quae utraque sit exemplis, ac definitione demonstratur. Rex Antiochus quare non esset misericordiam consequutus? Felix Praefes Judaeae, ac Drusilla ejus uxor cur non converti ad praedicationem sancti Pauli Apostoli? Opiniones tres Antiquorum de Attritione explosae. Differentiae duae inter Contritionem, ac Attritionem. Attritionem non mutari in Contritionem; sed Attritionem in Contritum virtute Sacramenti ostenditur. 39

DECISIO XV.

ARGUMENTUM.

Differitur de variis significationibus hujus vocis Confessio. Et de illa generali, quae incipit *Confiteor*. Exponitur triplex Confessio hominis, idest Commercialis, Forrensis, & Sacramentalis. De differentia vocis humanae, & brutorum. Definitio Confessionis Sacramentalis, & ejus copiosa declaratio. Catechumeni an teneantur praecipuo Confessionis? Lepida Confessio cuiusdam mulierculae. An liceat confiteri peccata non Voce, sed Scripto? Plura alia quaesita curiosa, sed scitu necessaria Confessariis. De eorum tam Sacularium, quam Regularium approbatione. Quod simplices Sacerdotes non possunt absolvere a Venialibus ex Decreto Innocentii XI. 43

DE.

Index Argumentorum Decisionum.

DECISIO XVI.

ARGUMENTUM.

Disquiritur, Utrum Confessio Sacramentalis possit fieri publice, & coram pluribus eam audientibus? Negativae opinionis argumenta octo. Totidem affirmativae contrariae; nec non exempla ex Historiis. Tertiae opinionis priores duas concordantis temperamentum. Responiones, ac resolutiones argumentorum primae opinionis. pag. 49

DECISIO XVII.

ARGUMENTUM.

Probatur usus Confessionis Sacramentalis, & secretae ad aures Sacerdotum ab exordio Ecclesiae, per omnia subsequenda sexdecim saecula, Testimonio Sacrae Scripturae, SS. Patrum, & Conciliorum: nec non exemplis ab Historiis, vitisque sanctorum desumptis. 52

DECISIO XVIII.

ARGUMENTUM.

Inquiritur, an in Casu necessitatis absente Presbytero, licitum sit confiteri peccata coram Laico? Proponuntur Auctoritates, Rationes, & Exempla pro opinione affirmativa. Resolvitur disputatio sub distinctione; ex qua desumuntur responiones ad argumenta contraria. Doceatur, quid esset antiquitus Reconciliatio publica Poenitentium? Horum quinque gradus demonstrantur; & ostenditur, quo tempore cessaverit usus Poenitentiae publicae, & qua de causa? 56

DECISIO XIX.

ARGUMENTUM.

Praemissa erudita declaratione tum Clavium materialium ex auro, ex argento, & ex ferro; tum Naturalium, Industrialium, & Spiritualium ex metaphora sic appellatarum; disputatur de CLAVIBUS ECCLESIAE datis a CHRISTO, tam pro foro externo, quam pro foro interno. Ostenditur, Claves fori externi esse duas, Scientiae scilicet, & Jurisdictionis. Utramque fuisse in D. Petro, ac in Apostolis, & nunc esse in Papa, & in Episcopis. In Papa cum praerogativa Infalibilitatis, & absque ulla restrictione locorum, vel personarum, ob ejus Primatum. In Episcopis cum dependentia a Papa, a quo illas recipiunt pro suis Diocesebus tantum; prout etiam Cardinales, Abbates, ac Praelati Regulares pro suis solum subditis; non etiam Abba-

tissae. Declarantur duae Claves fori interni, Scientiae, & Potentiae. Quomodo haec transeant in simplices Sacerdotes? & Triplex earumdem Clavium effectus. Quae omnia Juribus, Historiis, & Auctoritatibus DD. plenè comprobantur. pag. 61

DECISIO XX.

ARGUMENTUM.

Exponitur effectus Clavium Ecclesiae quo ad Indulgentias, quarum vetustissimo usu probato, ostenditur plenissimam potestatem eas elargiendi esse in Papa; limitatam autem in Cardinalibus, Episcopis, Archiepiscopis, Abbatibus, ac aliis Praelatis Regularibus; nullam vero in Conciliis, Vicariis, Capitulis, ac Parochis. Novem observationes scitu dignae circa facultatem Episcoporum impertiendi Indulgentias; & harum publicationes etiam ab aliis, quam ab Episcopo, ex consuetudine fieri posse, auctoritate Rotae Romanae demonstratur. 70

DECISIO XXI.

ARGUMENTUM.

De necessitate examinis conscientiae ante Confessionem. Quanta debeat esse diligentia in eo faciendo? Exempla virorum felices, ac debilis memoriae. Peccata linguae, cogitationum, & omissionum difficile reperiri in discussione conscientiae. Quando sit valida confessio, omisso examine? Utrum valeat confessio facta non voce, sed exhibitione chartae continentis peccata poenitentis, genuflexi coram Sacerdote? 74

DECISIO XXII.

ARGUMENTUM.

Mutorum diversitas ac Mutitatis quatuor causas ex fonte Medicinae extractae declarantur. Muri an possint contrahere matrimonium? Profiteri in Religione? ac alia publica officia agere? ex Jurisprudendum dictis ostenditur: nec non ex Historia tum Sacra, tum Profana plurium Mutorum exempla referuntur. Hi quomodo possint, ac debeant sua peccata confiteri? deciditur; & refertur casus curiosus, sed periculosus Muti ab Auctore reperti in Visitatione Patavinae Diocesis. 69

DECISIO XXIII.

ARGUMENTUM.

Integritas, quae est secunda Confessionis Sacramentalis conditio, in praesenti Decisione declaratur; quae tria requirit, Numerum,

Index Argumentorum Decisionum.

rum, Circumstantias, & effectus peccatorum. Ratione, Juribus, & Exemplis Animarum damnatarum probatur necessitas hujus integritatis. Hæc tamen ex Divina institutione dispensatur in sex casibus Physicæ, vel Moralîs impotentia hic relatis, & expositis, in quibus clarè, ac doctè ostenditur, quomodo, & quando liceat tacere aliquod peccatum in Confessione? Et quid agendum cum habente non reservata, ac reservata simul, ea volente confiteri? pag. 82

DECISIO XXIV.

ARGUMENTUM.

Agitur de necessaria numerica specificatione culparum. Præmittitur artis Arithmeticæ, ac numerorum origo, usus, & utilitas; ac eorundem à primo usque ad Decimum laudes, atque excellentiæ; tum Sacris, tum Profanis eruditionibus; quas inter habetur Regula cognoscendi Anni Bisextilis, & Aurei Numeri reperiendi. Traditur, quando opus sit exprimere numerum certum malorum actuum tam internorum, quam externorum; & quando sufficiat incertum cum particula *Circiter, Plus, Minusve*? Meretrices, ac habituari peccatores quomodo confiteantur? Concluditur, peccata dubia semper esse confitenda. 87

DECISIO XXV.

ARGUMENTUM.

Circumstantiarum peccati definitione, ac multiplici divisione proposita, firmatur Regula inconcussa; quod Circumstantiæ mutantes speciem sunt de necessitate confitendæ. Deinde examinatur celebris, ac famosa Quæstio, Utrum Circumstantiæ notabiliter aggravantes sint de necessitate in Confessione aperiendæ? Utriusque opinionis, affirmativæ, ac negativæ argumenta proponuntur, & enervantur. Tandem in quinque Notandis colliguntur quinque genera circumstantiarum aggravantium; quarum prima quatuor sunt de necessitate manifestanda, non autem quintum, prout in exemplis ibid. clarè, ac doctè allegatis. 92

DECISIO XXVI.

ARGUMENTUM.

Prima Circumstantia **QUIS**, in confessione explicanda declaratur. Hæc concernit personam Pœnitentis, cujus peccata vel gravat, vel multiplicat numero; vel facit mutare speciem ob ejus Dignitatem, Votum,

Ligamen Matrimoniale, & Scandalum. Agitur de dignitate Pœnitentis obscientiam, ætatem, ac Superioritatem. De ejus Voto, statuque conjugali; pluribusque exemplis ostenduntur Circumstantiæ inde resultantés, in Confessione manifestandæ. Scandalali essentia, ac divisio traditur, & plenè differitur de Scandalo activo, ac passivo, & quomodo sint confitendæ circumstantiæ ex scandalo insurgentes; additis jucundis Historiis in materia Scandali. pag. 98

DECISIO XXVII.

ARGUMENTUM.

Differitur de Circumstantia **QUID**, concernente peccata Pœnitentium, ad duos præcipuè effectus; ut scilicet Confessarius cognoscat, quando mutant speciem, & quando habeant annexam obligationem restitutionis vel bonorum, vel famæ? Repetuntur cursum ferè omnia peccata contra Præcepta Decalogi ad supradictos effectus; & plures Circumstantiæ considerantur, potissimum in peccatis Luxuriæ, & in usu Matrimonii. Dantur doctrinæ, & exempla recentia compensationis damnorum, cum facta Historia recusatæ Restitutionis famæ, 102

DECISIO XXVIII.

ARGUMENTUM.

Explicantur quinque sequentes Circumstantiæ peccati, **UBI, QUIBUS AUXILIIS, CUR, QUOMODO, QUANDO?** & ostenditur, quando aggravent? mutant speciem? & sint in Confessione manifestandæ? Exemplarum Meretricum, recusantium in loco Publico coire? 108

DECISIO XXIX.

ARGUMENTUM.

Mendacii maligna natura exposita, ejusque speciebus, ab ipso immunem esse debere Confessionem Sacramentalem ostenditur, ut sit Fidelis. Mentiri in Confessione quando sit Mortale, & quando Veniale? quinque Regulae demonstrantur. Exempla gravia, ac lepida ad evitandum quodcumque mendacium referuntur. 110

Index Argumentorum Decisionum.

DECISIO XXX.

ARGUMENTUM.

Præfens Decisio continet quartam conditionem Confessionis Sacramentalis, ut scilicet **SIT OBEDIENS**; hoc est, ut Pœnitens sit dispositus acceptare, & exequi pœnitentiam, quam ei injunxerit Confessarius, & ei obedire circa alia concernentia salutem Animæ. Examinatur famosa Quæstio, An sit absolvendus Pœnitens recusans Pœnitentiam Confessarii, asserendo, se velle eam facere in Purgatorio? Stultam esse hanc assertionem exemplum relatum à S. Antonino demonstrat. pag. 133

DECISIO XXXI.

ARGUMENTUM.

Proponuntur novem principales casus, in quibus prior Confessio invalida est reiteranda. Quinque ex defectu consentis vel ob malum finem: vel non integrè: vel absque dolore, ac proposito se emendandi: vel non deferendi occasiones proximas (circa quas quatuor propositiones damnatæ referuntur): vel ob excommunicationem, à qua Consensus prius, quam à peccatis non fuit absolutus. Redditur ratio, cur excommunicati, etsi indignè, validè tamen recipiant omnia Sacramenta; non autem illud Pœnitentiæ? Alii quatuor casus repetendæ Confessionis invalidæ ex defectu Ministri, vel sicut Sacerdotis: vel non approbati: vel dormitantis: vel indocti. Curiosus successus R. P. Francisci Suarezii eximii Theologi, dum rusticaretur penes Conimbricam. 117

DECISIO XXXII.

ARGUMENTUM.

Quæritur, an Moribundi, qui destituti sensibus confiteri non possunt peccata sua, sint Sacramentaliter absolvendi? Distinguuntur, examinantur, & resolvuntur quatuor casus. Exemplum agonizantium, qui sopitis sensibus nec vocem Confessarii audierunt, nec ullum pœnitentiæ actum interius emiserunt. Doctrina summè necessaria Parochis, Confessariis, ac aliis Sacerdotibus morientes adjuvantibus. 121

DECISIO XXXIII.

ARGUMENTUM.

Pro resolutione Casus, *An Moribundus habens tantam Venialia sit obligatus ea confiteri?* discutitur, An sit, & esse possit Præceptum de Confessione Venialium? Quæ dispositio requiritur in consistente Venialia tum circa dolorem, tum circa propositum emendationis. Venialia quot, & quibus modis deleantur in hac vita ei, qui non habet Mortalia? An deleri possint venialia habenti etiam mortalia, mortalibus non delictis? In alia vita animæ Justorum qualiter purgantur à Venialibus neglectis in vita præfenti? Cur tantæ Animæ Religiosorum, ac Sanctimonialium in Purgatorio, si in articulo mortis habent Indulgentiam Plenariam ex Bulla Pauli V.? Quæstiones omnes perdifficiles, sed clarè, ac breviter explicatæ. pag. 123

DECISIO XXXIV.

ARGUMENTUM.

Satisfactionis Sacramentalis materia in hac Decisione plenissimè declaratur. Traditur ipsius definitio explicans essentiam, & effectus ejusdem. De obligatione Confessarii circa impositionem Pœnitentiæ. Qualem, & quantam debeat imponere? Causæ, ob quas levis Pœnitentia pro gravibus peccatis potest injungi? Quanto tempore ejus executio possit differri? An adimplenda sit in statu gratiæ? Cur, Quomodo, Quando, & à quibus Satisfactio à Confessario imposita pœnitenti sit commutanda? 128

DECISIO XXXV.

ARGUMENTUM.

Forma Sacramenti Pœnitentiæ, quæ est absolutio à peccatis, exactissimè explicatur. Plures quæstiones curiosæ, ac utiles circa illam resolvuntur. Quomodo peccata aliàs confessa, & dimissa in nova Confessione iterum dimittantur, subtiliter examinatur, ac ostenditur. Mutatio formæ hujus Sacramenti an licitè, & validè fieri possit? An liceat absolvere à peccatis sub conditione? Bulla Clementis Papæ VIII. de consistente per litteras, & absente non absolvendo, interpretata, ac declarata. 132

Index Argumentorum Decisionum.

DECISIO XXXVI.

ARGUMENTUM.

Solum Sacerdotem esse Ministrum Sacramenti Poenitentiae in hac Decisione firmatur. Eiusdem Ministri quatuor necessaria requisita exponuntur; Probitas, Scientia, Prudentia, ac Iustitia; & enucleantur variae Quaestiones in eorundem requisitorum declaratione. Praecipue an Confessarii teneantur monere Superiores, quorum Confessiones audiunt, de eorum notoriis defectibus, vel suorum Ministrorum? Utrum debeant ipsi restituere, si non inculcaverint poenitentibus onus restitutionis? An opinio Confessarii praevalcat opinioni poenitentis? Probabilitatis tractatus confusi, & incerti. pag. 136

DECISIO XXXVII.

ARGUMENTUM.

De Approbatione Confessariorum saecularium differitur in praesenti Decisione. Docetur, quod eorum approbatio requirit duo; scilicet iudicium de idoneitate; & concessio- nem Jurisdictionis pro poenitentibus absolvendis. Qualiter approbentur Parochi, nec non simplices Sacerdotes? Utrum approbatio facienda sit ab Episcopo Confessarii, vel Poenitentis, vel Loci, in quo audienda est Confessio? An dentur Casus, in quibus Sacerdos non approbatus possit absolvere? Ab- bates habentes territorium separatum approbant Confessarios: Non etiam Monasteria, & Capitula pro Ecclesiis Curatis de eorum Mensa. Parochi num possint assumere in Confessarios Sacerdotes approbatos tantum quo ad scientiam? Quando expiret facultas audiendi Confessiones. 139

DECISIO XXXVIII.

ARGUMENTUM.

De Approbatione Confessariorum Regularium, pro audiendis saecularium personarum confessionibus, tractatur in praesenti Decisione. Recensentur eorundem Regularium Privilegia antiqua; eaque declarantur, distinguendo tria Jura; Jus vetus Extravagan- tium, Jus novum Concilii Tridentini; & Jus novissimum Constitutionis Urbani Papae VIII. Disputatur, An Regulares Confessarii habeant Jurisdictionem à Papa? vel ab Episcopis? Quomodo sit danda licentia Regularibus audiendi Confessiones Laicorum? Et quando jam data limitari, vel revocari possit? pluraque alia dubia proposita decidun-

tur, tum ex declarationibus Sacrae Congregationis Concilii; tum ex Constitutione Clementis Papae X. Anni 1670. pag. 146

DECISIO XXXIX.

ARGUMENTUM.

Differitur de Confessariis Religiosorum, & de eorum approbatione per Praelatos Regulares tantum facienda. Examinatur famosa Quaestio, An Religiosus habens licentiam eligendi extraneum Confessarium, possit eligere simplicem Sacerdotem à nemine approbatum? Firmatur opinio negativa contra torrentem Moralistarum. Alia plura dubia proponuntur, ac resolvuntur, concernentia Confessarios Religiosorum existentium intra, & extra Monasterium; nec non Itinerantium, Novitiorum, Famulorum, Hospitum; ac tandem Tertiariorum. 154

DECISIO XL.

ARGUMENTUM.

Confessarii Regulares non approbati ab Episcopo non possunt audire confessiones Mulierum Tertiariarum, quae vulgo dicuntur *Pizzochere*. Harum duo genera. Conditiones, quibus Tertiariae sunt ab Episcopis permittendae. Plura de his Tertiariis scitu digna. Qua poena plectendus Regularis audiens earum confessiones sine approbatione Episcopi? 158

DECISIO XLI.

ARGUMENTUM.

Tractat praesens Decisio de Confessariis Monialium Episcopo subditarum. De origine Monasteriorum, & eorum Clausurae. Indigitantur Confessarii Monialium qualitates, ac requisita. Cautela praescripta ab Innocentio Papa XI. in audiendis confessionibus Monialium agrotantium. Deciditur difficillimus casus Monialis confitentis crimen reservatum; sed prohibentis Confessario accedere ad Episcopum pro facultate eam absolvendi, ob justum, ac probabilem timorem manifestationis sui ipsius, infamiae, atque scandalorum. 160

DECISIO XLII.

ARGUMENTUM.

Electio, & approbatio Confessariorum Monialium Regularibus subditarum à quo fit facien-

Index Argumentorum Decisionum.

DECISIO XLVI.

ARGUMENTUM.

Differitur de potestate Regularium circa casus reservatos. Refertur Decretum Clementis VIII. circa reservationem Casuum pro Religiosis. Quae, & Quanta sit auctoritas Praelatorum Regularium circa casus reservatos à Papa, vel ab Episcopis, in absolvendis suis Religiosis? A quibus casibus Confessarii Regulares non possint absolvere suos poenitentes saeculares? Quam facultatem iidem habeant dispensandi in Votis, ac in Irregularitatibus cum suis Poenitentibus saecularibus? pag. 175

DECISIO XLVII.

ARGUMENTUM.

Proponitur Controversia; An Parochi Regulares tempore Episcopalis Visitationis teneantur recipere Confessarios missos ab Episcopo ad praedicandum eorum populis, ac confessiones excipendas? Et datur Declaratio Sacrae Congregationis Anni 1668., quod tenentur eos recipere. 180

DECISIO XLVIII.

ARGUMENTUM.

Continet haec Decisio Eminentissimi Cardinalis Majoris Poenitentiarum originem, antiquitatem, & in praeteritis saeculis amplissimam Auctoritatem. Innuunt numerum ejus Officialium, ac Ministrorum. Refert novissimam Constitutionem Innocentii Papae XII. anni 1692., reformativam Officii Sacrae Poenitentiarum, ex qua dignoscitur, quando Major Poenitentarius possit, aut non possit absolvere à reservatis, etiam in Bulla Coenae Domini, & à Censuris etiam latis ab homine. Item dispensare, vel non super Irregularitatibus, praecipue cum Haereticis, Apostatis, male promotis ad Ordines, & beneficiis, cum Simoniacis, cum Regularibus, & cum homicidis. Item quomodo, & quando dispensare valeat circa impedimenta Matrimonii, Vota, Juramenta, male ablata, vel retenta; & quam habeat Jurisdictionem cum suis Officialibus, & Ministris. Tandem docetur, qui possint esse Executores litterarum S. Poenitentiarum; & Quot in earum executione sint observanda? Item Qualis sit Canonici Poenitentiarum in Ecclesiis Cathedralibus obligatio, & potestas? 181

cienda? Stipendium eorundem Quale? & Quantum? Socius Confessarii Regularis an intret cum ipso in Clausuram Monialium? Praedictas Moniales Regularibus subjectas quis absolvat à censuris, & à casibus reservatis? Quis iisdem morientibus assistat? pag. 164

DECISIO XLIII.

ARGUMENTUM.

Ex hypothesi, quod innotescat Confessario Monialium, reperiri inter eas Unam Hermaphroditam, agitur de variis speciebus, seu differentiis Hermaphroditorum; & circa eisdem curiosa, sed utiles Quaestiones, scitu necessariae, proponuntur, atque terminantur ex Philosophorum, ac Medicorum doctrina, exemplis, & Historiis. Praecipue Quomodo feminae convertantur in Mares? An Mares possint in feminas converti? An Hermaphroditi valeant, in veneris Agere, & Pati? Generare cum aliis, ac concipere in seipsis? Dantur quinque Regulae ad cognoscendum quando sint potius Viri, quam feminae. Resolvitur in fine, Quid agendum de Moniali Hermaphrodita? Et quando ejus Professio sit invalida? 166

DECISIO XLIV.

ARGUMENTUM.

Exponitur, quid sit Casuum Reservatio? An ea in Ecclesia sit antiqua? Et Qui possint in foro interno, ac Sacramentali Casus sibi reservare? Examinatur, An reservari possint peccata Venialia? vel Mortalia interna? vel dubia? Referuntur Instructiones Sacrae Congregationis Episcoporum, ac Regularium circa Casuum reservationem. 170

DECISIO XLV.

ARGUMENTUM.

De permessa absolutione à quibuscumque reservatis in articulo, vel periculo mortis, ac tempore Jubilaei. De facultate absolvendi à casibus occultis, Papae reservatis, competente Episcopis vigore Concilii Tridentini sess. 24. de Ref. cap. 6. & à publicis de Jure Canonum, ubi poenitentes sint impediti currere ad Papam. An Episcopi absolvant à casibus occultis Bullae Coenae Domini? & ab aliis post Concilium Sedi Apostolicae reservatis? Referuntur varii casus, in quibus Confessarii inferiores possunt absolvere poenitentes à reservatis. 172

Index Argumentorum Decisionum.

DECISIO XLIX.

ARGUMENTUM.

Declaratur, Quid sit Sigillum Confessionis? A quotuplici jure proveniat? Quae personae teneantur illud servare? Et de quibus rebus? Quot modis Sigillum Sacramentale frangatur? Quando liceat Confessario uti scientia Confessionis? Poenae contra hujus Sigilli violatores. Historia crudelitatis Wenceslai Imperatoris; ac exempla Confessariorum ultimo supplicio punitorum ob violatum Sigillum. pag. 186

DECISIO L.

ARGUMENTUM.

Agitur de Praecepto tum Divino, tum Ecclesiastico annuae Confessionis. Ostenditur, quas personas utrumque afficiat? Quando, & Quomodo intra annum sit confitendum? Quae causae excusent ab annua Confessione? Circa eam Quaestiones diversae utiles, ac jucundae. Praecipue, an Papa teneatur confiteri? An Deipara Sacramentum Poenitentiae susceperit? Et an peccata confessae, & remissa in hac vita sint ab omnibus videnda in die Judicii? pag. 190

DECISIO XLVIII.

ARGUMENTUM.



DE
PŒNITENTIÆ
VIRTUTE,
AC SACRAMENTO.

DECISIO I.
ARGUMENTUM.

Agitur de Virtute Poenitentiae. Refertur Etymologia hujus vocis. Definuntur Poenitentia, & ostenditur, esse Virtutem Moralem, quae subiectatur in voluntate; & cujus objectum materiale est peccatum; formale verò dolor, & vindicabilitas peccati.

SUMMARIUM.

- 1 Etymologia Poenitentiae; & unde sic dicta?
- 2 Haeretici omnes odio habent Poenitentiam.
- 3 Theodorus Beza cur convulsus à S. Francisco Salvo, sed non conversus?
- 4 Poenitentia, ut Virtus quid sit? Eius definitio. Qualis Virtus?
- 5 Subiectum Virtutis Poenitentiae quale sit?
- 6 Habitus Poenitentiae an sit in Beatis? in Angelis? in Deipara? in Christo? in demonibus? in damnatis?
- 7 Objectum Poenitentiae quale sit, tum materiale, tum formale?
- 8 Motiva poenitendi Quae? & Quot?
- 9 Officia Poenitentiae Quae? & Quot?

Quia tractant Theologi de Poenitentia dupliciter, vel tamquam de Virtute tantum; vel tamquam de Sacramento simul; ideo nonnulla sunt prius declaranda, quae ad solam virtutem Poenitentiae spectant. In primis autem notandum oportet Etymologia hujus nominis; alii enim volunt, Poenitentiam dici à Poenuria; cum enim peccator considerat paucitatem bonorum operum, & penuriam, qua laborat, meritum pro aeterna vita, cum poenitet, caedet, ac piget. Vossius in Etymologico lingua Latina V. Poena: alii autem eam sic appellari à Poena, & teneo; id est retrò, & à longe tenens, quia qui se culpae, & criminibus obrutum agnoscit, praereverecundia non se praefert; sed adinstar Publicani, de quo in Evangelio Luc. 18. 13. A longe stans, non vult nec oculos ad caelum levare; sed percussus pedus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Ita Pererius in Eccl. 11. Alii asserunt, Poenitentiam idem esse ac Poenitentiam, siquidem, ut inquit Isidorus lib. 6. De Sacramento Poenitentiae.

Originum, A punitione Poenitentia nomen accepit, quasi poenitentia, dum ipse homo poenitendo quod malè admittit. Ita Ivenin in Commentario Histor. & Dogmat. de Sacramentis Dissertat. 6. in princ. subdens haec Verba S. Augustini Epist. 54. Nihil aliud agunt, quos veraciter poenitet, nisi ut illi quod malè fecerint, impunitum esse non sinant. Alii tandem communiter docent, Poenitentiam denominari à Poena, ea ratione, quia quem poenitet culpam, sequitur voluntaria poena, & afflictio in eorum odium, & vindictam; poena verò significat quoddamque incommodum, seu disconveniens naturae, ex quo homo patitur afflictionem sive in potentia rationali, id est in animo; sive in sensitiva, videlicet in corpore; ut latius declarat Emin. Card. de Laurea in 4. Sent. tom. 2. in tractatu de Poenitentia disp. 1. num. 1. & 2. Magistrus in Theologia Morali disp. 21. n. 4. Suarez in 3. part. D. Thoma tom. 4. disp. 1. sect. 1. Gonet tom. 3. tract. 5. disp. 2. ar. 1. & Collegium Salmanticen. in Cursu Theol. Moral. tom. 1. de Poenitentia tract. 6. cap. 1. punct. 1. Qui omnes DD. refellunt errorem Lutheri, Bezae, Erasmi, & aliorum haereticorum hujus temporis, Poenitentiae nomine abutentium: cum enim omnia aeterna fugiant, & mollia quaeque sectentur, docent, non esse necessarias poenas, aut afflictiones pro peccatis commissis; sed sufficere resipiscentiam, id est novitatem vitae; quamvis habeantur tot testimonia contraria in Sacra Scriptura, ut potè Joel. 2. Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejuniis, & fletu, & planctu &c. & Matth. 11. Si in Tyro, & Sidone factae fuissent virtutes, quae factae sunt in te, olim in cinere, & cilicio Poenitentiam egissent. Porò nugantur haeretici etiam circa assertam resipiscentiam, & novitatem vitae; nam, ut legitur in Vita S. Franc. Salesti lib. 1. cap. 12. prope finem, Theodorus Beza, eorum coryphaeus, convulsus ab eodem Sancto de falsitate suae doctrinae; & hortatus, ut salutis animae suae consulere, ac diverteret à concubina, cui adhaerebat, recuavit resipiscentiam, & emendationem vitae, etsi annorum esset septuaginta. Quod si quaerimus de vera definitione virtutis Poenitentiae inter plurimas relatas à Scholasticis, & Moralibus, placet illa, quam firmat Collegium Salmanticen. d. tract. 6. cap. 1. punct. 1. num. 2. his verbis: Poenitentia est virtus residens in Voluntate, tendens ad destructionem peccati, in quantum est